



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cum S. Scripturæ, tum SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 19. In valle Tophet depingit Isaias infernum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

proferunt fructus: ita quoque nobis illum depin-
git locum tormentorum, in ijs quæ cognoscimus
maximè terribilia. D. Ioanni Lapius exponitur
sub umbra, flagitij ignis, cuius cum sit vis maxi-
mè feruens, & efficax, quasi semper in huius de-
scriptionem adducitur: *Signum ignis*: Similiter
vocat: *Torcular ira Dei*. Quasi Dei ira malos
premat sicut uvas in torculari. Dicitur area, in
qua iudex Deus damnatos traurat, sicut olim
Dauid Ammonitas, curribus falcatis, & vicinis
præcipitatis acutissimis, quibus adeo corporum ossa
molebantur, vt ex eis lateres compingi posse vi-
derentur: *Traduxit eos in typo laterum*. Hoc au-
tem significat: *Triturabitur Moab sub eo*. & illud
Abacuc secundum alium textum: *In furore triu-
rabitur Moab*. Item fluius igneus rapidusque à vul-
tu Dei commoto procedens, vt vidit Daniel, &
alibi diximus.

§. 19. In valle Tophet depingit Isaias infer-
num.

Isaias vocat infernum Tophet: *Preparata est ab-
sconditi Tophet, à Rege preparata, profunda & di-
latata, in uisum: ita eius ignis, & ligna multa sta-
tus Domus sicut torrens sulphureus succendens eam*.
Horrenda verba, singula per se, at simul sumpta
terribiliora. Proximè Hierusalem uallis erat, dicta
Tophet, ubi Ammonitæ, statuam erexerant aene-
am, vt dijs suis sacra facerent vacuam, ac concua-
uam, intra quam concludebant puerulum, Dijs
sacrificandum, corpore per totam statuam exten-
so, caput capiti, & brachia brachijs aptatis, vt se-
sionere non posset, tum ignem subijciebant, sta-
tuam accendebant aeneam, sic vt tanquam carbo
ignesceret, intra quam infelix pulsio in cineres re-
digebatur, vt nec se posset vllatenus commouere,
ne verò parentes, ex pueri vagitu, gemitu, & lacry-
mis ad compassionem mouerentur, tympana pul-
sabant, tubis clangebant, strepitum excitabant, &
sic nec ipsi parentes filijs condelebant. En tibi
symbolum inferni. A Deo *Preparata est Tophet*,
Euge age miser, festina Deum offendere, tras se-
quere voluptates, iâ tibi preparata ardet Tophet:
A Rege preparata est, omnipotente, cui nec sapien-
tia deest, nec potestas, cuius posse velle est. Si Rex
fictitius, vt olim Nabuchodonosor, accendere po-
tuerit fornacem, cuius flammæ ad quadraginta
nouem vlnas sursum ascenderent, & illam stup-
pa, resina, pice, lignisque fovere: Quid de Deo
sentiendum? Ne, quæso, stultus credideris, ob-
multitudinem damnatorum tibi locum defutu-
rum. Minime: *Profunda est & dilatata*. Nec opi-
scis ignem extinguendum: *Hea non Nutrimenta*

eius ignis, & ligna multa. Omnium potentissimū
ac agens efficacissimam, ignis est, secundum om-
nium sententiam: Erat autem ille, adeo vehemens
& efficax, quasi qui ab omnipotente Deo ex in-
dustria ad talem effectū procreatus; talis cuius
comparatione, mundi ignis ardentissimus, pectus
esse censetur: *Cum ignem audis* (inquit D. Chryst.)
No arbitreris similem esse huic igni, qui accensus de-
feruescit, & mutatur: ille autem semel in flammam
exurgens, ardet perpetuo, nunquam interimitur.

Similitudinem quandam huius præmisit Deus,
dum quinque Sodomorum ciuitates celesti pere-
mit incendio; Cum enim essent ciuitates illæ tam
magnæ, tot ædificijs, tot domibus, tot turribus
extructæ, in momento tamen subuerse corru-
erunt: *Qua subuersa est in momento*, de quibus sic
D. Iudas: *v. 7. ignis æterni penam sustinentes*, vel vt
auctor legit: *Similitudinem Iuliar fulgens, cuius*
potentia totam percellit naturam. Hunc ne suspi-
ceris ignem vaquam extinguendum, multo enim
ligno tot eternum non extinguetur, sed
nec deferescet: Deus est, qui illum accendit, cuius
status Iuliar sulphurei torrentis flammam nu-
trit gehennalem. Cape hanc similitudinem, si
folles quidam fornacem infarciant, & status seu-
ventus, nedum esset ventus, sed torrens sulphu-
reus, quem non ignem accenderet: Attende, mo-
net D. Chrylost. fluius igneus roties in S. li-
teis iocentatum: *Fluius igneus rapidusque à fac-
cie eius egrediebatur*. Huic conspice mitorum in
inferni sepulchro, sicut puerum in statua Tophet,
quas voces infelix emittat: *Pater Abraham misere-
re mei: quia crucior in hoc flamma*. Ingenitice
proditor, ligatus es, excurrere, fuge, assurge, & his-
te libera tormentis. Non hoc: nec enim potest:
Ligatus manibus & pedibus etc. Apud dicitur: *Se-
pultus est in inferno*: Nam sepulchrum est, in quo
quicumque sepelitur, seipsum mouere non po-
test, frendeat dentibus, inlacet, nullus te exau-
diat, nec compatiatur, sed Diuinam in te collau-
dabit iustitiam. O surdos Christianos, qui voces
has non attenditis, & infelicis huius miseris eu-
latus: Mundus etenim suis te tympanis exsurdant,
auresque ne conuertaris, occludit: & hoc dialolo
perplacet quàm maxime.

Hortatur nos suâ D. Chrylost. eloquentiâ ve-
mentis oculos in has penas, & flammis conij-
ciamus infernales, atremas aures huius epulo-
nis aliorumque applicemus lamentationibus: *Cre-
dit autem ipse hoc nostram posse refectam*.
vendi libertatem, vt quasi impossibile iudicet
huius ignis facilissimos atomosque considerate
cruciat, & prauos non componere viuendi

D. CHRYS.
De reparat.
lap. Tom.

Thren. 2.

Dan. 7.

D. CHRYS.
Orat. 2. in
2. Mill. 7.



I. Inferni
ponit
conside-
randae.
Ecl. 67.
40.

meres: Fieri non potest, ut anima de gehenna sollicita, cito peccet. Quod illo Salomonis confirmat eloquio: Memorare nonissima tua & in aeternum non peccabis. Imo sic argumentatur: Si illic illi regem & gratias, non peccasset, quoniam autem eius nunquam memini, ideo in eum incidit. Hoc idem intendit dial. 5, ut horum nunquam recordemur cruciatum epelonis, nunquam attendamus lamentatio, ibus, tympanis illis, & in ndi strepitu delectati: Tu gemis, tu ploratus o Christiane diuini attende, non ut illi misero condoleas, sed tibi tuncas peccatori. Hic est infernus, hoc vitens aliquoties descende, vide num tibi talis conueniat locus scelerato: Quis poterit habitare de vobis cum igne deorum ante? Vide num tantorum potes pondus perfere tormentorum? Hoc alta mente retine, sicut ait D. Paulus electis: Momentaneum hoc & leue tribulationis, nostra supra modum in sublimitate aeternum gloria operatur in nobis: non contemplantibus nobis, que videntur. Ita dicere liceat sceleratis: Quod momentaneum & leue delectationis nostra, aeternum ignis & tormentorum pondus operatur in nobis, non contemplantibus que videntur. Sic. Huius ignis conijee pondus, ex ijs quae patens, leuissimis. Qualem te habes, quando calida vteris fabricula? Quis es dum rabida inuadit colica? podagra digitum seu pedis torquet pollicem adentium doctor discruciat: Si minima haec te tam impatienter duexent: quo animo futuri sumus? Querit D. Gregor. quid in flammam ignis incidimus? Et addit: Haec solo auditu sunt valde terribilia, quanto magis passione.

D. GREG.
L. 15. Mar.
69.

§. 20. Hos cruciatu graphice delineat Angelus D. Ioanni, quorum, ait, considerat impatentiam in Sanctis operatur.

63 44
Apo. 14.
9.

M Vltum prodest electis Dei, ad patienter vita praesentis labores perferendos inferni poenatum consideratio: haec namque eos quasi legi diuinae tenet alligatos, tribulationes, poenaeque tolerantis. Hoc D. Ioannes exponit qui se vidisse scribit Angelum, qui supplicia distincte describeret preparata sceleratis. Nouerit o Ioannes, igne torquendos ardentissimo, sulphure ac piece emutro: libet ipsum audire Prophetam: Qui a loquuti bestiam & c. Hic bibit de calice irae Dei, quod mixtum est mero in calice irae ipsius & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum Sanctorum, & ante conspectum Agni, & sumus tormentorum eorum, ascendet in saecula saeculorum, nec habent requiem die ac nocte. Totum au-

ditio, iram esse Dei, vinum amatum quod bibit vinum irae Dei, in calice irae ipsius. His autem figens vini & calicis exprimit cruciatu, ut dignificet, quod intima penetret, ut vinum quod bibis, quod omnes corporis percurrat venas, & cordis viscera perdat. Hac de causa Chrilus passionem suam vocauit calicem: quia passionis dolores ad animae cordisque penetrabant interiora: Repleta est malis anima mea. Non erunt inferi tormenta, talia, qualia passi sunt Chrilus Martyres, quae teste Chrilus corpora tantum occiderunt: illa vero, ut vinum eporatum, fibras, venasque pervadent, hoc est, primo ipsam suam animam cruciabitur. Hic erit ignis ille interior, de quo paulo superius nobis dixerunt S. Mater The-re-sia de Iesu. Dolores erunt irae Dei, non Neonis, non Phalaridis, non Daciani, non Domitiani & c. Vinum irae Dei. O Deus aeternae, & quis poterit stare in conspectu irae Dei, cuius solus consideratione, David toto timebat corpore: Non est sanctus in carne mea, & facio iram meam, non est pax ossibus meis. Heu quae voces! Quis nouit potestatem irae tuae, & praesentis tui iram tuam dinumerare? Percellit hominem ira Regis, licet vermis sit, ita ut ea sola virum occidat: Indignatio Regis nunquam minus. Vultu suo commoto ac seuerato tantummodo. Assuetus, dilectissimam sibi reginam Esther ad animi compulsi deliquit. Quam tamen ut vitam suam deperbat ardentius. Furor suo sae uisissima quare, leo prostermit animalia, nam eius per ceperu rugitu corruunt uniuersa: Quid non efficit colozum rex, leo potentissimus, ira eius horrenda pertimenda? Erit tormentum illud (inquit Angelus) ignis tremendus, vehemens, sulphure confusus, voracior multo Sodomorum incendio, eius collatione flammae Babylonicae velut nix, frigida censetur. Ardebunt ibi ac consumentur, non ut Sodomitae, in momento, sed per infinita saeculorum saecula, nec illi, nec dolores, nec infernae ignes, nec flammae sinientur. In saecula saeculorum, nec habent requiem die ac nocte. o flammam aeternas, o sempiternum incendium! o voraces ignes! o mortales! o sensus! o iudicium! heu quae nostra dormitabunda socordia!

Modo, quae so, Euangelista, videamus an sint has penas nullo videte passuri: Nequaquam: Cruciantur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni. O mirabile mysterium, damnatos videbunt Chrilus, Angeli, Sancti & quae ratione & patienter & torquebunt, ita testatur. Ha. Egre dientur & videbunt calidiora virorum, qui praesentati sunt in me. Obijcies, illis igitur hic Sanctorum Chrilusque con-